

Pars

VIII.

Quāto morti viciniōs efficiēris: tāto fieri soliti-
cior atq; timidiōs debes. Et q̄dem pene sen-
tētia in te fiat iaculāda: sed q̄a simplicitatē
tuam cū senectute nouim? interim tacemus
Eos vero quōrum consilijs hec egisti: in du-
obus mensibus excommunicatos esse decer-
nimus: ita vt siquid eis intra duocū mensū
spacium humanitus euenerit: benedictione
viatici priuentur. Deinceps autem ab eorū
consilijs caute existe te q̄ solite custodi: ne
si eis in malo discipulus fueris: quibus ma-
gister in bono esse debuisti: nec simplicitate
tue: nec vltius senectuti tue parcamus.

**Incipit Registrum domini pape
Gregorij Anditione sc̄a. Mese
octobri.**

**Gregorius Ianuario Episcopo
Sardinie. Dumum.**



Vid hostes nostri fue-
rint operati: priusq̄m
fraternitatis vestre ad
nos epistola puenisset
agnouimus: & q̄a hoc
dudum metuim? eue-
nisse: quod puidimus
vobiscum nunc gemit-
mus. Quid si hm̄ ea que tam nobis q̄ excels-
lentissimo filio nostro Gennadio hoc futrū
nunciantes scripsimus: sollicitudo fuisset ad-
hibita: inimici illuc: aut non accederent: aut
accedentes periculum quod fecerunt incur-
rerent. Vel nunc erga ea q̄ contigerunt: vigi-
lantiam vestrā in futuris exacuamus. Nam
et nos quicq; prodesse possum? faceret deo
auxiliante: nequaquā obmittim?. Cognosca-
tis autem abbatem quē ad Agilolfium ante
multum iam tempus transmisiimus pacem
cum eo deo propicio: quantum nobis ab
excellētissimo Exarcho scriptū est ordinasse
et ideo quoulsq; peracta de s̄matione eius/
dem pacis conscribantur: ne forte hostes nr̄i
in hac dilatione: ad partes illas iterū velint
accedere: murorum vigilias & sollicitudinem
in locis facite omnib; adhibere: & confidim?
in redemptoris nostri potentia: quia aduersa-
riorum vobis incursus: vel insidie denuo nō
nocebūt. Hoc vero quod scripsistis: multas
contra vos a nobis querelas deponere verū
est: Sed inter diuersa non nos sicut res alia
contristauit: qm̄ id quod nobis dilectissim?
filius noster Ciriacus abbas retulit: quia
die dominico ante missas: messēm de agro

Fo

LXXXIII.

quē donatus possidebat: feceris exorari. Q̄
ne paruum esset: expleto sacrificio per semet
ipsum illuc accedens termin? effodisses: ob
quam rem hortor vt officium q̄o geris: solis
cū mēte conficeres: & quicquid grauari p̄:
aut opinionem tuam animam omnino refu-
gias. Non terrenarū rerum curam: sed ani-
marum te ducatum suscipisse cognosce. Ibi
cōfigere: ibi sollicitudinē: ibi totum studiū
debes adhibere: atq; de ouiu; tuarum lucro
diligentius cogitare: vt dū venienti domino:
multiplicata que tradidit talenta reddiderit
retributionis ab eo fructum consequi: & in
fideles famulos in eterna merearis gloria ex-
altari: hoc autem quod obiurgo v̄l increpo
non ex asperitate: sed ex fraternā sc̄to dilecti-
one descendere: quia sacerdotē te apud omni-
potentem deum non ex nomine quod solū ad
penā est: sed meritis: quod ad mercedem res-
picit: inueniri desidero. Nam dum vnum in
redemptoris nostri corpore sumus membrū
sicut in culpa tua dilaceo: Ita quoq; in bo-
na actione tua letifico: Illud preterea quod
vultis vt personā a nostro latere deputem?
cui causas v̄ras insinuare nobis referendas
subtiliter debeatis dilectissimo filio nostro
Petro & Theodoro s̄liario: quicq; vultis
scribite: vt p̄ eos nobis insinuata quicquid
de his ratio fuerit: domin? valeat reuelate
disponi. De fratre autem coepiscopo nostro
Marimano: dū pax cum predido Agilolfo
perfecta fuerit & cōfirmata erit cognitio fiet
quicquid rationis ordo dictauerit.

**Gregorius Fortunato episcopo
Neapolitano. ij.**

Via seruorū dei pater quem in Ne-
apolitana ciuitate: trāmiseram deo
sicut ei placuit disponente defunct?
est: visum est mihi latere s̄sentium Barba-
cianū monachum pro eorūdem monachorū
gubernatione trāsmittere quem ad presens
prepositū esse decernimus vt si eius vita tue
fraternitati cōplacuerit hunc post aliquan-
tum temporis eorū patrem debeas ordinare.
Sunt enim bona que in eo placeant: sed hoc
est in illo vehemens vitium: quia valde sibi
sapiens esse videtur. Ex qua radice quanti-
tami peccati valeat prodire: patenter agno-
scit. Tu itaq; sanctitas circa eū solite inui-
gilat: & si hunc: & cautū i regimine: et humi-
lem in suo sensu fieri cognouerit: tūc eū ad
abbatis honore deo auctore perducas: si vero
minus in humilitate proficit: ei? ordinatio?
differat: mihiq; renunciet.

**Gregorius Viduani episcopo Da-
nomitano. iij.**